



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

Parisiis, 1644

XVIII. Contra latronum protectores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15974

I. IMP.
ANGLIAE
AS, vt
constitu-
cent
men-
turi,
super
astisticis
e iphis
o que
isco-
deca-
s ob-

quod
pos-
obo-
coitu
s au-
quæ
ere,
ant.
ec-
en-
pro-
quos
rum
par-
vel
non
odi

GREGORIVS LONDONIENSE. FRIDERICVS II. IMP.
P. IX. HENRICVS III. R. ANGLIAE. 357
ANNO CHRISTI
1337. iam illicite sunt adepti, eis præsenti statuto decer-
nimus fore priuatos.

XVIII.

Contra latronum flagitia, quibus nimis abundat regio Anglicana, quod nequaquam esset, vt accepimus, nisi maiores eos defenserent & tene- rent, sic duximus statuendum, vt nemo eos prote-
gat, vel defendat, seu teneat in domibus suis, vel in villis, quos scierint vel manifestum fuerit latro-
cinium exercere. Eos autem qui contra fecerint, si tertio moniti per ecclesiasticum iudicem ordi-
narium, ipsos a se non abiecerint, excommunica-
tioni ecclesiastice subiugamus. Monitionem au-
tem volumus & statuimus sufficere generalem, et
iam si fiat alicuius vel alicui nomine non expresso,
dummodo ita publice ac solenniter fiat, quod ad
eorum notitiam valeat peruenire.

XIX.

Audiuimus, & lœtati sumus, quod religiosi viri
abbates ordinis sancti Benedicti, per Angliam
constituti, conuenientes nuper in suo capitulo ge-
nerali, tamquam filii, iuxta sermonem propheti-
cum, ad suos terminos reuertentes, prouide statue-
runt, vt de cetero secundum beati Benedicti re-
gulam ab esu carnium debeat abstinere, exceptis
debilibus & infirmis, quibus debet secundum eius-
dem regulæ continentiam in infirmario prouideri.
Quod vtique approbantes, statuimus in uiolabili-
ter obseruari. Adiicimus quoque, quod postquam
nouitii, anno probationis finito, gestauerint habi-
tum monachalem, ad professionem iuxta decre-

Yy iiij